

ipsis accersere granditatem . Ad-
mirabilis sanè felicitas meorum erit
Acidorum , amaras acidorum inter
ærumnas , ad exilium vsque igno-
miniosè propulsantes , fortunam
fortientur maximam ; si Tibi pla-
cuerint Antistiti vel sapientiæ , tuo
sapientissimo si sapient palato , vt ut
illa sint scripta . Mel , saccharum ,
ambrosia , tuis stupore omnium
quæ nectareis præfers moribus , ani-
mo , atque eloquio , asperitatem ab
illis exigent omnem , dulcedinem
impertient sapidissimam , sapienti-
um gustui pergratissimam . Tuus sa-
pientiæ , benè cum Homero dicam ,
diuinus sal , admirantibus omnibus
dulci inhærens , haudquaquam ama-
ro , vt Aristoteles scripserat , acer-
bitatem omnem meis propellet ab
Acidis , saporem deturbabit fatu-
um ; maturationemque tuarum fer-
uentissimo à virtutum Sole illa
mutuabuntur , in quem auidissimè